

In libros συμμετρίας Alberti Düreri προλεγόμενα ad Cristophorum Colerum B. C. et doctiss.

Cum tuo max. impulsu hos libros Alberti cariss. tibi amicorum, transferendos in linguam latinā suscepissem, cōueniens visum fuit, de tota cōuersione nostra rationem tibi reddere, ut et tuo iudicio commendaretur lectorib. et ego quasi te duce huius editionis viam minus timide ingrederer. Cum igitur intellexissem nostrā operam, quam in trāsferendo sumpsissemus, tibi non displicere, placuit illas rationum quasi tabulas hoc loco exponere, ut a te quæ gessissem comprobata ostenderem, fieretq; hoc modo speciosius opus. Allaturum etiam non nihil hoc vilitatis lectorib. sperabā, cōmunicatione quadam animi et cogitationum nostrarum, Quib. si quid hac in parte gratæ a nobis opere nauatum fuerit, id omne tibi v. el. debent referre acceptum, qui non modo autor mihi extiteris, sed etiam impulsor.

Cristophoro Colero B. Cos.

Cum tuo suasu vertendi Dürerianos libros de pictura prouinciam ceperim, quid in toto opere max. appellandis reb. secuti essemus, placuit exponere tibi ante editionem de tua sententia vel retenturi illa vel mutaturi.

Quod autor exquisiuit in aptis et concinnis corporib. effingendis q̄z longe quæ partes a quib. distare deberet. Duce elegans et venusta membrorum compositio pulcritudo est, ideo nos interpretantes titulum, Symmetriam in his libris doceri prenotauimus. Hæc picturæ dedit, ut Plinius ait, Primus parrasius, vsurpauit autem plurimum Euphranor, qui et volumina de ipsa cōposuit. Latinū nomen est habere negat nos tamen interpretemur cōmensum cōmensurationē. Atq; ita arte, quæ naturā sequitur, ratio vestigatur qua quicq; tale fiat in exprimēdis rerum formis, quale re vera fuisse. Dimetiendarum autem partium in corporib. cum duplex sit via, vna altitudinis, altera latitudinis, ut scis, hanc bifariam accepimus, Nam quum in obliquis etiam imaginib. ut in plano notaretur, satis intellectum iri putabam hanc densitatis esse si ad soliditatem corporis respectum esset. Eodem pertinet et quā profunditatem vocant cum a dextris partib. retro quasi ceditur ut in obliquo capite, verbi gratia, ab oculis ad aures. Altitudinis quidē ratio longitudinis est. Sed in pede seu calce peculiariter cōsiderauimus. Nam ille trāsuersus longus est, ita obliquo designatis datur perpendiculariter altitudinis. Neq; te fugiat si quando nominentur a nobis simpliciter partes, illarum initia seu sumitates accipiendas, sicut fere adiecimus, cum non fuerit ut opinor necesse, alicubi etiā superuacui. Nobis tamen ut in alieno opere non nimium audendum duximus. Quis autem requirat cum sinciput dicatur summi adiectionem, præsertim hæc voce facta e sumio capite, nisi fallo? Ceterum cum autor curiosa pene diligentia exquisiuerit partium in corpore humano nomina, quo mēsuraciones certiores essent, quibusdam etiā noua imposuerit, confido fore ut studiosi versionis vel hac in parte difficultatem intelligāt, Nam reliqua prætereo quæ et ipsa nō possint facillia videri fuisse, cum in hoc genere quod imitaremur,

antiquorum extaret nihil. Conquisiuissemus autem et nos non in tempore nomina quibus latine reddere Düreriana possemus, quod nos quidē præfari decuerit, sed legentium erit iudicium. Quæ pendas, cui si satisfecero bona erit et de aliorum indicationib. sperauerit, ut arbitror, erratorum etiam nobis cum tali voluntate gratæ hæc nostra emendantes ipsos aliquid melius proferre, quod quid det nos, sed etiam voluptatem cum vilitate nobis afferet. Nemus, subiecimus appellationes partium in humano corpore latæ teutonicas Düreri, ut perspiceretur quid e quo fecissemus.

Partium humani corporis nomina in his Libris mentio fit.

Sinciput græci vocant ὀφθαλμοῦ . intelligenda est capitis summitas verticem posuere. Die schaytel.
Vertex ubi in media calua capilli girantur. Der hinderst wirtel.
Occiput et occipitium. Hinden der kopff ob dem genig.
Radices capilli. Harwachs. Accipiuntur autem supra frontem.
Frons. Die stirn.
Supercilia. Augpraen.
Palpebræ. Augschedel.
Nasus. Die nase.
Nares. Naslöcher.
Bucca, munde. Sic enim visum in ore nominare coniunctione ei vocant, συνσπογγίον vel Συμβολήν.
Gene siue malæ. Item buccæ. Die packen.
Tempora. Neben das haubt.
Collum, gula, guttur, cœruix. Der hals.
Scapulae. Schulterflaysch.
Humeri. Achsel. Ibidemq; notantur extare humeri οὐχὶ ὀμοκόπῃ λη id est acetabulis. Die achselbain.
Iugula et iuguli. Halsgräblein. Intelligenda autem est medius iugulis. Jugulum etiam latini dixerunt.
Pectus Die pruste.
Alæ siue Axillæ ächsen. Notantur autem in aduerso et auerſo.
Mammae. prüste. Papillæ. die tütlein.
Infra mammas. vndern prüsten. Ibidemq; nominatur alicubi.
Lumbi. latera. sub costis. ubi præcingimur. Cinctus. die waz.
Sinus coxarum, quod supra illas concauitates extat, in quas sunt κοτύλας id est acetabula. Græci vocant plane ἰχία. Der Hüftende. Alicubi coxendices dixerunt.